




ECCE LARENTIA (I)


- Ecce Lārentia. Lārentia fēmina est. Lārentia in Italiā habitat. Ea fēmina Itala est. Italia est in Eurōpā. In Eurōpā quoque sunt Hispānia, Gallia, Graecia, Britannia, Germānia... Italia magna est. Hispania quoque magna est. Italia, Hispania, Gallia, Graecia, Britannia, Germānia magnae sunt. In Italiā sunt silvae. In silvā sunt multae rosae. Suntne pulchrae rosae in silvā? Ita, pulchrae sunt. Suntne rosae magnae? Eae nōn magnae, sed parvae sunt.

In Eurōpā sunt multa oppida. Alba Longa in Italiā est: Alba Longa oppidum Italum est. Id est oppidum pulchrum. Estne Alba Longa oppidum parvum? Id nōn parvum, sed magnum est.

- 15 In Italiā oppida magna sunt. Suntne pauca oppida in Italiā? Ea nōn pauca, sed multa sunt. Ea quoque pulchra sunt.



nec = et nōn



magnus -a -um ↔ parvus -a -um
nōn-ne?



campus

campus parvus, magnus,
pulcher *m sg*

campī parvī, magnī, pulchrī *m pl*

is *m sg* : campus

īī *m pl* : campī

campus → in campō *m sg*,
in campīs *m pl*



casa

silva → in silvā *f sg*, in silvīs *f pl*

oppidum → in oppidō *n sg*,

in oppidīs *n pl*

in eō : in oppidō, in campō *sg*

in eā : in silvā, in villā *f sg*

in iīs : in oppidīs, in campīs,

in silvīs *pl*

num casae... sunt? = sunt-ne


casae...? (num? = -ne?)

minimē ↔ ita

etiam = quoque

Lārentia in oppidō nōn habitat. Nec in silvā ha-
bitat, sed in campō. Lārentia in campō Albānō
habitat. Campus Albānus nōn parvus, sed mag- 20
nus est. Nōne pulcher est campus Albānus?
Is est pulcher et magnus. In Italiā pulchrī sunt
campī. Iī magnī sunt. Iī quoque sunt multī!

Suntne casae in oppidō? Casae in oppidō nōn
sunt, sed in campō. In eō quoque multae et 25
magnae villae sunt. Suntne villae in silvā? In eā
nōn villae, sed casae sunt. Num Lārentia in vī-
llā habitat? Ea nōn in villā, sed in casā habitat.
Num casae magnae sunt? Minimē, eae parvae
sunt. Lārentia in parvā casā habitat. In silvīs et in 30
campīs sunt casae; etiam in campīs sunt villae. In
oppidīs nōn sunt casae, in iīs magnae villae sunt.



villa

Rem tenē!

1. Respondē ad interrogāta:

- Ubi habitat Lārentia?
- Nōne Lārentia fēmina Itala est?
- Estne Alba Longa oppidum parvum?
- Num Lārentia in oppido habitat?
- Num casae magnae sunt?

Ut interrogāmus...

...ita respondēmus:

Ubi...? In...

Est-ne...? Ita ☺, ...

Minimē ☹, ...

Nōne...? Ita ☺, ...

Num...? Minimē ☹, ...

2. Vocābula iunge:

Rosa
Italia
Campus Albānus
Alba Longa
Casae

in Eurōpā est
parvae sunt
magnum oppidum est
pulcher est
pulehra est

Vocābula disce!

3. Quid est?

campus / casa / fēmina / oppidum / rosa / silva / villa





4. Vocābula apta ēlige:

- Lārentia _____ est.
- _____ Italiā ēst Alba Longa.
- Id est _____ magnum et pulchrum.
- _____ nōn parvus, sed _____ est.
- In campis nōn _____, sed _____ casae sunt.

campus
fēmina
in
magnae
magnus
oppidum
parvae

Ecce lingua

5. Adde terminatiōnēs plūrālēs aut singulārēs:

Exemplum: Lārentia Itala femina est.

- Camp___ nōn parv___ sed magn___ sunt: camp___ Albān___ quoque magn___ est.
- Italia magn___ est; Italia et Hispānia magn___ sunt.
- In Italiā mult___ camp___ sunt. In campīs sunt magn___ silv___.
- Alba Longa est oppid___ Ital___; in Italiā mult___ oppid___ sunt.

Masculinum:

-us *sg*, -ī *pl*

Fēmininum:

-a *sg*, -ae *pl*

Neutrum:

-um *sg*, -a *pl*

6. Quid nōn convenit?

- oppida, Italia, villā, fēmina, silva
- Eurōpā, campō, oppidō, Italiā, rosīs
- pulchrī, casae, campī, familiae, rosa
- iīs, silvīs, casīs, oppidīs, campō

7. Scribe 'est'/'sunt':

- Lārentia fēmina _____
- Italia et Graecia magnae _____
- Alba Longa oppidum Italum _____
- In Italiā multa oppida magna _____
- Campus Albānus magnus _____
- Campī pulchrī _____
- Villae multae nōn _____

8. Adde terminatiōnēs:

Exemplum: Italia in Eurōpāa est.

- Lārentia fēmina Itala est. Ea in Itali___ habitat.
- Lārentia nōn in oppid___, sed in camp___ habitat.
- In camp___ Albānō sunt casae.
- In cas___ familiae habitant.

Singulāris

in -ā *fēm*

in -ō *masc, neut*

Plūrālis

in -īs *masc, fēm, neut*

in campīs, in silvīs,

in oppidīs

9. Scribe prōnōmina:

Exemplum: Italia in Eurōpā est: ea est pulchra.

- Campus Albānus in Italiā est: ___ magnus est.
- In Italiā multa oppida sunt: ___ sunt pulchra et magna.
- Lārentia est fēmina Itala: ___ quoque pulchra est.
- In campīs nōn sunt multae villae: ___ paucae sunt.
- Oppidum nōn est parvum: ___ est magnum et pulchrum.
- In Italiā multī campī sunt: ___ magnī et pulchrī sunt.

Masculinum:


is *sg*, ii *pl*

Fēmininum:

ea *sg*, eae *pl*

Neutrum:

id *sg*, ea *pl*



ECCE LARENTIA (II)

Larentia nōn in oppidō, sed in campō habitat.
 Casa Larentiae nōn in oppidō est: casa eius in
 35 campō Albānō est. Larentia nōn est sōla in campō,
 nam Faustulus cum eā habitat. Faustulus vir
 Larentiae est. Larentia bona fēmina est. Vir eius
 quoque bonus est. Larentia cum bonō virō in
 campō habitat. Cum eō Larentia in casā habitat.
 40 Suntne Faustulus et Larentia sōlī in casā? Sunt,
 īī sōlī habitant: nūllus puer cum Faustulō et
 Larentiā habitat, neque puellae habitant cum īīs!

Quae est patria Faustulī? Patria eius est Alba
 Longa. Alba Longa etiam patria Larentiae est.
 45 Patria Faustulī et Larentiae Alba Longa est. Pa-
 tria eōrum magna est. Estne casa eōrum quoque
 magna? Ea nōn magna, sed parva est!

In casā Faustulī et Larentiae est culīna. In eā
 mēnsa est. Est etiam cubiculum in casā eōrum:
 50 id quoque parvum est. In culīnā est mēnsa, in
 cubiculō est lectus. Larentia in lectō dormit.

casa eius : casa Larentiae

nam *causam* significat

cum eā : cum fēmina, Larentiā

cum eō : cum virō, Faustulō



vir



fēmina



puer



puella

fēmina bona, vir bonus *sg*

fēminae bonae, virī bonī *pl*

nūllus = Ø

cum īīs : cum Faustulō et Larentiā

neque = nec

patria eius : patria Faustulī

patria eōrum : Faustulī et

Larentiae

in eā : in culīnā

Ubi? in eō (: in lectō)



color ruber



officium



ambulāre



clāmāre



perterritus

lupa et geminī

duo = II (2)

īī : parvī puerī



puer plōrat




māter

pater

Ubi dormit Faustulus? Faustulus quoque in eō dormit. Faustulus et Lārentia in parvō lectō dormiunt. Lectus eōrum nōn magnus est. In mēnsā culīnae rosae sunt. Eae rubrae sunt: color 55 rosārum ruber est. Color eārum pulcher est!

Ubi est Lārentia? Ea in casā est. Estne Faustulus quoque in casā cum Lārentiā? Nōn est! Faustus in campō est, nam is pāstor est. Faustulus in campō manet, nam officium eius in campō est. 60 Cum Faustulō sunt multae fēminae et multī virī, nam officium eōrum quoque est in campō. Alia officia sunt in casā, alia in campō, alia in oppidō. Multa sunt officia virōrum et fēminārum!



Faustulus in campō ambulat et... Quid?! Est 65 lupa in campō! Duo parvī puerī cum eā sunt! Iī sunt geminī! Estne lupa māter geminōrum? Minimē, ea nōn est māter eōrum. Māter ubi est? Ea nōn est in campō: nūlla fēmina cum iīs est. Geminī plōrant, nam perterritī sunt. Faustulus 70 clāmat, nam is quoque perterritus est! Lupa ululat et in silvā sē occultat: ea quoque perterrita est!

Rem tenē!

10. Respondē ad interrogāta:

- Habitantne puerī et puellae in casā Faustulī et Lārentiae?
- Num Faustulus in casā manet?
- Estne māter cum geminīs?
- Ululatne Faustulus?
- Ubi sē occultat lupa?

11. Estne vērum an falsum?

- Lārentia habitat in campō Albānō.
- Puer cum Lārentiā et Faustulō habitat.
- Officiū Faustulī est in casā.
- Lupa perterrita plōrat.
- Puerī geminī sunt.

V	F

Vocābula disce!

12. Scribe vocābulum aptum:

- In eō Faustulus et Lārentia dormiunt: _____
- Lārentia in eā habitat: _____
- Est in culinā casae: _____
- Officiū eius in campō est: _____
- Habitat in silvā et ululat: _____

13. Verba apta ēlige:

- Faustulus nōn fēmina, sed _____ est.
- Familia Lārentiae parva est, _____ in familiā _____ puer est.
- _____ Faustulī nōn in casā, _____ in campō est.
- Faustulus in campō ambulat: is est _____.
- Puerī sunt _____.

geminī
nam
nūllus
officiū
pāstor
sed
vir

14. Verba apta ēlige:

- Lārentia nōn _____ in campō, sed in casā _____.
- Ea in lectō _____.
- Faustulus perterritus est et _____.
- Lupa quoque perterrita est: ea _____.
- Geminī _____ et lupa in silvā _____.

ambulat
clāmat
dormit
manet
plōrant
sē occultat
ululat

Ecce lingua**15. Quid nōn convenit?**

- a. eōrum, eius, eō, fēminārum, virōrum
- b. lupā, eā, oppidō, iīs, mēnsa
- c. manet, clāmat, ululat, plōrat, habitant
- d. iīs, iī, cubiculum, Lārentia, is
- e. et, nam, neque, sed, in

16. Adde terminātiōnēs vocābulōrum:

Exemplum: Lārentia in camp-ō habitat.

- a. Faustulus vir bonus est.
- b. Lārentia nōn sōla, sed cum viro habitat.
- c. Nūllus puer cum Faustulō et Lārentiā habitat: iī sōli in campō habitant.
- d. In campō est officium pāstōrum. Alia officium in oppidō sunt.
- e. Duo parvi pueri geminum sunt.
- f. Faustulus est perterritus; lupa perterrita est; gemini quoque sunt perterriti.

17. Scribe prōnōmina:

Exemplum: Lārentia est fēmina Itala: ea (: Lārentia) bona fēmina est.

- a. Lārentia nōn est sōla in campō: Faustulus cum ea (: Lārentiā) habitat.
- b. ei (: Faustulus et Lārentia) sōlī sunt, nam nūllus puer cum ea (: Faustulō et Lārentiā) habitat.
- c. Famīlia eius (: Faustulī et Lārentiae) nōn magna, sed parva est. Neque casa eius (: Faustulī et Lārentiae) magna est.
- d. In casā cubiculum parvum est: in eo (: cubiculō) Faustulus et Lārentia dormiunt.

18. Adde terminātiōnēs verbōrum:

Exemplum: Lupa in silvā sē occult-at.

- a. Faustulus cum Lārentiā in campō habitat. Faustulus et Lārentia in campō habitant.
- b. Pāstōrēs in campō manent. Faustulus quoque manet in campō.
- c. Lupae nōn manent in culīnā, neque in lectō dormant.
- d. Faustulus in campō ambulat; geminī nōn ambulant, nam iī parvī sunt.
- e. Lupa ululat; Faustulus clāmat; geminī nōn ululant nec clāmant, sed plōrant.



ECCE LARENTIA (III)

Ecce Larentia in casā est. Iam Faustulus venit,
sed nōn sōlus venit, nam duo puerī parvī cum
75 eō sunt! Faustulus laetus cum puerīs intrat atque
salūtat: «Salvē, mea Larentia!». Larentia interro-
gat: «Quī sunt puerī? Quae est mātēr puerōrum?
Quis est pater eōrum?». Faustulus respondet: «Iī
80 sōlī sunt in campō, neque mātēr neque pater
cum iīs est, sed lupa».

Larentia rīdet, etiam puerī rīdent! Iī iam nōn
plōrant, sed laetī sunt et in lectō dormiunt.
Larentia autem nōn dormit, sed cōgitat: «Quam
pulchrī sunt puerī! In campō Albānō multae fē-
85 minae sunt, sed puerī eārum nōn sunt tam pul-
chrī! Geminī sunt tam pulchrī quam rosae!».
Larentia laeta est, nam puerī valent nec aegrō-
tant.



laetus

interrogāre... respondere...

quis quae quid?

rīdere ↔ plōrare

atque = et

eōrum : puerōrum

eārum : fēminārum

iam

autem = sed

cōgitāre

tam... quam...



valere



aegrōtāre



timēre



familia

māter oo pater



filia filius

habitat, ambulat *sg*
 habitant, ambulant *pl*
 manet, sedet, valet, timet *sg*
 manent, sedent, valent *pl*
 venit, dormit *sg*
 veniunt, dormiunt *pl*

Etiam pāstor Faustulus laetus est. Is sōlus cum Lārentiā iam nōn habitat, nam duo parvī puerī 90 in casā sunt: iī cum Faustulō et Lārentiā habitant. Sed Faustulus timet et cōgitat: «Ubi est māter puerōrum? Pater eōrum ubi est?».

Lārentia autem nōn timet: ea nunc est māter puerōrum et Faustulus pater eōrum est. Familia 95 eōrum iam nōn parva, sed magna est, nam duo filiī in familiā sunt: Rōmulus et Remus.



Rem tenē!

19. Respondē ad interrogāta:

- Quī dormiunt in lectō parvae casae?
- Quī habitant nunc cum Lārentiā et Faustulō?
- Quae est nunc māter geminōrum?
- Quis in familiā timet? Quae autem nōn timet?

20. Estne vērum an falsum?

- Puerī parvī cum Lārentiā veniunt.
- In campō Albānō puerī nōn sunt tam pulchrī.
- Familia Lārentiae nunc parva est.
- Puerī aegrōtant nec valent.

V	F

Ut interrogāmus...
...ita respondēmus

Masculinum

Quis est? *sg*

Quī sunt? *pl*

Fēmininum

Quae est? *sg*

Quae sunt? *pl*

Vocābula disce!

21. Scribe vocābulum aptum:

- Faustulus vir eius est: _____.
- Lārentia _____ est, nam puerī valent.
- Faustulus pater puerōrum et Lārentia _____ eōrum est.
- Alba Longa nōn oppidum parvum, sed oppidum _____ est.
- Faustulus timet: is _____ est.
- Lārentia nōn in _____, sed in casā est.

campō
laeta
Lārentia
magnum
māter
perterritus

22. Scribe vocābula contrāria:

- paucae ↔ _____
parvum ↔ _____
vir ↔ _____
puer ↔ _____
māter ↔ _____

23. Respōnsō datō scribe interrogātum aptum:

- _____?
a. Minimē. Puerī parvī in lectō dormiunt.
_____?
b. Ita, in campō Albānō multae sunt fēminae.
_____?
c. Minimē, is cum Lārentiā habitat.
_____?
d. Minimē, puerī nunc in casā sunt.

Ut interrogāmus...
...ita respondēmus:

Est-ne...? Ita ☹, ...

Minimē ☹, ...

Nōne...? Ita ☹, ...

Num...? Minimē ☹, ...

Ecce lingua**24. Errōrēs ēmendā:**

- a. Iam puerī parvī cum Faustulō venit.
- b. Māter puellārum est Lārentia.
- c. Pater timet et cōgitant.
- d. Puerī nōn plōrat.
- e. Familia Lārentiae nunc magnae est.

25. Adde terminātiōnēs vocābulōrum:

- a. Puerī parvī cum Faustul____ veniunt.
- b. Faustulus laet____ cum puer____ intrat.
- c. Puerī iam nōn plōrant: iī laet____ sunt et dormiunt.
- d. Lārentia quoque laet____ est: ea est nunc māter puer____, et Faustulus pater e____ est.
- e. In campō Albānō mult____ fēminae habitant cum mult____ fili____.
- f. Fīlii e____ nōn sunt tam pulchr____.

26. Scribe fōrmās plūrālēs aut singulārēs:

- a. Puerī dorm____; Faustulus et Lārentia in culinā man____.
- b. Lārentia val____, nōn aegrōt____; etiam Faustulus val____.
- c. Rōmulus nōn plōr____, nec Remus plōr____: iī iam nōn tīm____.
- d. Faustulus et Lārentia cōgit____: "Ubi est māter puerōrum?"
- e. Nullus eōrum respond____.

27. Sententiās scribe:

Exemplum: Alba Longa, Lārentia:

- a. Lārentia, puerī: Lārentia est...
- b. Lārentia, Faustulus: Lārentia est...
- c. Albānus, Alba Longa: Albānus est...
- d. Faustulus, geminī: Faustulus est...
- e. Rōmulus et Remus, Lārentia: Rōmulus et Remus sunt...

Alba Longa est patria Lārentiae

28. Adde terminātiōnēs vocābulōrum et prōnōmina apta:

- a. Faustulus est vir Lārenti____ et ea est fēmina____. Patria____ est Alba Longa.
- b. Multae fēminae habitant in campō Albānō: patria____ est Alba Longa.
- c. Faustulus quoque est Albānus: Alba Longa est patria____.
- d. Casa Faustul____ et Lārenti____ est parva, nam familia____ magna nōn est!
- e. Māter Rōmul____ est nunc Lārentia; ea quoque māter Rem____ est: Lārentia est māter puer____. Pater____ est Faustulus.

Cōgitō ergō... grammaticam discō!

MEMORANDVM I: Genera

- Vocābula Latīna sunt **fēminīna** (*f*), **masculīna** (*m*), **neutra** (*n*).
 - Vocābula fēminīna sunt: fēmina, rosa, vīlla, silva, casa, familia...
 - Vocābula masculīna sunt: campus, lectus, vir, puer...
 - Vocābula neutra sunt: oppidum, officium...
- Ante vocābula aut post ea sunt adiectīva **fēminīna** (*f*), **masculīna** (*m*) aut **neutra** (*n*).
 - Villa → villa magna, pulchra...
 - Campus → campus magnus, pulcher...
 - Oppidum → oppidum magnum, pulchrum...

MEMORANDVM II: Cāsus Nōminātīvus

Villa magna est
= Ea magna est

Villae magnae sunt
= Eae magnae sunt

↓

villa, magna, ea
= Nōminātīvus fēminīnus
singulāris

villae, magnae, eae
= Nōminātīvus fēminīnus
plūrālis

Campus magnus est
= Is magnus est

Campī magnī sunt
= Iī magnī sunt

↓

campus, magnus, is
= Nōminātīvus masculīnus
singulāris

campī, magnī, iī
= Nōminātīvus masculīnus
plūrālis

Oppidum magnum est
= Id magnum est

Oppida magna sunt
= Ea magna sunt

↓

oppidum, magnum, id
= Nōminātīvus neuter
singulāris

oppida, magna, ea
= Nōminātīvus neuter
plūrālis

MEMORANDVM III: Cāsus Genetīvus

Cubiculum villae parvum est
= Cubiculum eius parvum est

Cubicula villārum parva sunt
= Cubicula eārum parva sunt

↓

villae, eius
= Genetīvus fēminīnus
singulāris

villārum, eārum
= Genetīvus fēminīnus
plūrālis

Casa campī parva est
= Casa eius parva est

Casae campōrum parvae sunt
= Casae eōrum parvae sunt

↓

campī, eius
= Genetīvus masculīnus
singulāris

campōrum, eōrum
= Genetīvus masculīnus
plūrālis

Villa oppidī magna est
= Villa eius magna est

Villae oppidōrum magnae sunt
= Villae eōrum magnae sunt

↓

oppidī, eius
= Genetīvus neuter
singulāris

oppidōrum, eōrum
= Genetīvus neuter
plūrālis

MEMORANDVM IV: Cāsus Ablātīvus

Praepositīōnēs **in, cum**
postulant cāsum ablātīvum

In casā culīna est = In eā culīna est	Casa eōrum in campō est = Casa eōrum in eō est	In oppidō campus est = In eō campus est
Faustulus cum Lārentiā habitat = Faustulus cum eā habitat	Lārentia cum Faustulō habitat = Lārentia cum eō habitat	
In casīs parvae familiae habitant = In iīs parvae familiae habitant	In campīs Italiae silvae sunt = In iīs silvae sunt	In oppidīs casae sunt = In iīs casae sunt
Cum familiīs puerī habitant = Cum iīs puerī habitant	Cum virīs fēminae habitant = Cum iīs fēminae habitant	
↓	↓	↓
casā, eā, Lārentiā = Ablātīvus fēminīnus singulāris casīs, iīs, familiīs = Ablātīvus fēminīnus plūrālis	campō, eō, Faustulō = Ablātīvus masculīnus singulāris campīs, iīs = Ablātīvus masculīnus plūrālis	oppidō, eō = Ablātīvus neuter singulāris oppidīs, iīs = Ablātīvus neuter plūrālis

MEMORANDVM V: Verba Latīna

	Esse	Verba I: interrog-āre	Verba II: respond-ēre	Verba III: dūc-ere	Verba IV: aud-īre	-āre (I), -ēre (II), -ere (III), -īre (IV) (infīnītīvus) = coniugātīōnem indicant
ego	sum	interrogō	respondeō		audiō	
tū	es	interrogās	respondes		audīs	
is/ea	est	interrogat	respondet	(cap. II)	audit	
nōs	sumus	interrogāmus	respondēmus		audīmus	-ō/-m, -s, -t <i>sg</i> -mus, -tis, -nt <i>pl</i> = persōnās indicant (sunt terminātīōnēs persōnārum)
vōs	estis	interrogātis	respondētis		audītis	
iī/dae	sunt	interrogant	respondent		audiunt	

MEMORANDVM VI: Coniūnctiōnēs

- **nam** causam significat.
- Lārentia nōn sōla habitat, *nam* Faustulus cum eā est.
- **et, atque** ↔ **nec, neque** (= et nōn)
- Faustulus *et* Lārentia in campō habitant. Lārentia sedet in culīnā *nec* in campō ambulat.
- **sed, autem**
- Lārentia in campō habitat, *sed* sōla nōn est.
Lārentia in campō habitat, sōla *autem* nōn est.

Vocābula I

LECTIO I	-ne	Faustulus <i>m</i>	LECTIO III
Alba Longa <i>f</i>	nec	geminus -a -um	aegrōtāre
Albānus -a -um	nōn	lectus <i>m</i>	atque
Britannia <i>f</i>	nōnne	lupa <i>f</i>	autem
campus <i>m</i>	num	manēre	cōgitāre
casa <i>f</i>	oppidum <i>n</i>	māter <i>f</i>	familia <i>f</i>
ecce	parvus -a -um	mēnsa <i>f</i>	filius <i>m</i>
est <i>sg</i> , sunt <i>pl</i>	paucus -a -um	nam	iam
et	pulcher -chra -chrum	neque	interrogāre
etiam	quoque	nūllus -a -um	intrāre
Eurōpa <i>f</i>	rosa <i>f</i>	occultāre	laetus -a -um
fēmina <i>f</i>	sed	officium <i>n</i>	nunc
Gallia <i>f</i>	silva <i>f</i>	pāstor <i>m</i>	pater <i>m</i>
Germānia <i>f</i>	villa <i>f</i>	patria <i>f</i>	quam
Graecia <i>f</i>		perterritus -a -um	quis <i>m</i>
habitāre	LECTIO II	plōrāre	Remus <i>m</i>
Hispania <i>f</i>	alius -a -ud	puella <i>f</i>	respondēre
in	ambulāre	puer <i>m</i>	rīdēre
is ea id	bonus -a -um	quae <i>f</i>	Rōmulus <i>m</i>
ita	clāmāre	quid <i>n</i>	salūtāre
Italia <i>f</i>	color <i>m</i>	ruber -bra -brum	salvē
Italus -a -um	cubiculum <i>n</i>	sē	tam
Lārentia <i>f</i>	culīna <i>f</i>	sōlus -a -um	timēre
magnus -a -um	cum	ubi	valēre
minimē	dormīre	ululāre	venīre
multus -a -um	duo	vir <i>m</i>	

Dē linguīs comparandis:

Multa sunt vocābula in nostrīs linguīs quae orīginem dūcunt ex linguā Latīnā.

Exemplum: campus > *campo* (Hispānicē), *campo* (Gallaicē), *camp* (Catalaunicē), *campo* (Lusitānicē), *campo* (Italicē), *champ* (Francogallicē), *camp* (Anglicē)...

Haec vocābula rādīcem Latīnam servant, etiam sī nōnnūllae mūtatiōnēs in iīs sunt.

► Quare vocābula hodierna quae ex hīs vocābulis Latīnis dēriventur: 'filius', 'māter'...

Aurea dicta:

In librīs, in litterīs, in scrīptīs Latīnis AUREA DICTA cōservantur: sunt sententiae brevēs atque vehementēs quibus hominēs suōs sermōnēs atque scrīpta ōnant.

Exemplum: "Patria est ubicumque est bene" (Cicerō, *Tūsculānae disputatiōnēs*, V 108).

"Nōn vīvere, sed valēre vīta est" (Mārtialis, *Epigrammata* VI, 70, 15)

Suntne alia 'aurea dicta' quibus vocābula huius capitulī contineantur? ► Quare ea.